Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

59

que palpabiles esse comprobantur, dum quod perversa queque mens cogitat, ope-
re perpetrat. Hoc enim palpabile est quod manu tangi potest. Nota quod inter
plagam grandinis et plagam tenebrarum media ponitur plaga locustarum.
Ab iniquitate enim que designatur per grandinem, fit quasi locustarum saltus ad
eterne dampnationis cecitatem. Novissima plaga est mors primogenitorum.
Primogenita siquidem mentis moraliter sunt voluntas et intentio. Cum
liber operantis. Dum enim voluntas et intentio corrumpitur, quasi primoge-
nita egyptiorum morte percutiuntur. His igitur plagis affligitur obsti-
natio senis, qui carnalibus delectatur, loquacitate gaudet, impor-
tunus et gravis est omnibus, more peccorum prona ad vitia, iracundia
tumens, ad iniurias manifestus, ad omnia mobilis, luce ca-
ritatis. ~~caritatis~~ et ideo se ipsum palpans [illegible]

Cum de curiali monacho pauca dicturi sumus, notandum
fateor ut et canonico seu converso curiali eadem sententiam.
Licet enim diversus sit habitus, idem tamen debet esse religionis
effectus, ut non afficientur vestibus placere sed moribus. Cum igitur dicitur curia-
lis, ex adiuncto designatur aliquid levitatis. Qui enim sectarium ho-
minum consortia diligunt, qui se consiliis principum libenter ingerunt, qui se-
cretorum conscii fiunt et internuncii, curiales possunt appellari.
Consilia principum perversorum si scias, et eorum internuncius fias, timeo
ne consentias. Ordo claustri et ordo curie diversus est. Ibi sedes in in-
sidiis cum divitibus in occultis, ut interficias innocentem. Hic au-
dis: non sedi cum concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo. Ibi insi-
diaris ut rapias pauperem, rapere pauperem dum attrahis eum. Odivi
ecclesiam malignantium, et cum impiis non sedebo. Ibi dextera tua repleta est mu-
neribus, hic lavas inter innocentes manus tuas. Ibi res aliene
violenter auferuntur, hic proprie sponte offeruntur. Ibi laudatur pec-
cator in desideriis anime sue, hic benedicitur iusto. Si vis igitur esse monachus
curialis, laudas quod non debes, defendis quod non expedit, operaris quod non
licet, loqueris quod non decet. Due tamen sunt curie principum sectarium, quo-
rundam qui ecclesias construunt, et quorundam qui destruunt. Quorundam
quidem necessarius est religiosorum accessus, curialium vero mo-
nachorum inutilis et periculosus. Hec est curia David, illa vero Absalon.